

B. A. II, 125.

A. 20, 14.

X 1876154



III.

C. B. D.

De

PLACITIS ORDINUM  
IMPERII,

vulgò

Reichs = Gutachten.

*In Alma Studiorum Universitate Argentoratensi,*

P R Æ S I D E

JO. GEORGIO KULPIS, JC.

Instit. Impp. & Jur. Publ. Prof. Ord.

*Ad d. 4. Febr. 1686.*

SOLENNEM Disputationem

proponit

GEORGIUS CHRISTIANUS SEEFRID,

Onoldo-Francus.

\*)\*(90

ARGENTORATI,

Literis JOHANNIS FRIDERICI SPOOR.







de  
te  
fic  
er  
tic  
pu  
lic  
ge  
ne  
dic  
m  
pe  
stu  
ru  
qu  
ris  
qu  
tia  
Re  
qu  
no





*Benivolo Lectori*

JO. GEORGIUS KULPIS,

*S. P. D.*

**Q**ui literis operam dare consueverunt in Academiis, eorum bene multi in ea sunt opinione, quasi officio suo abunde satisfecissent, si qualicunque rerum scientia intellectum suum instruere sustinuerint, cujus præsidio in re præsentis de uno vel altero argumento erudite differere possint, de moribus animi elegantioribus acquirendis, ac condiscenda cætera in Republica vivendi consuetudine, parum aut nihil solliciti, ut vel sæpissimè, peculiare sibi conversandi genus, reputatione, nescio qua, tuenda nixum, vane excogitent, & quoscunq; juniores homines studiorum causa advenientes, in similes illico mores, minis etiam & quandoque armis ostensis, adigere, petulanter intendant. Sed hi quam maxime à vero studiorum scopo abludunt, & à Regia Academia rum via penitus deflectunt. Neque enim, ut aliquid sciamus, & in solâ scientia acquiescamus, literis incumbendum, sed ultra procedendum est, ut, quam per studia nostra adepti sumus, rerum scientiam, ad culturam animi primum, & denique ad Reipublicæ, cui nati sumus, præsentiores usus, suo quisque munere locoque, cordate transferamus. non pro fine, sed medio habendæ sunt literæ, quo  
ad



ad vitam sociale reddamur apti, quæ potissimum voluntatis rectitudinem & animi cultum desiderat, atq; in hac disciplina omni tractanda comprehendendaq; occupantur, saltem occupari debent, Academia. Quo rariora itaque sunt illorum exempla, qui totum hoc opus confectantur, ita majori etiam habendi sunt pretio: eo vero numero computari merito suo debet, Nobilissimus ac Præcellens Vir Juvenis, GEORGIUS CHRISTIANUS SEEFRID, Onoldo-Francus, ex quo enim in hac studiorum nostra Universitate, hospitii, per aliquot annos, necessitudinem contraxit, omni opera eo est annisus ut non solum bonis literis intellectum, sed honestis quoq; moribus animum imbueret, adeoq; rudimenta, qualia in ipso natura benigna posuit, excoleret magis, et eleganterque perficeret, eo id quidem successu eventuque, ut propterea Academicis non solum Doctoribus, sed & omnibus viris cordatis, veris bonorum ingeniorum æstimatoribus, amatus probatusque fuerit. Quæ cum per se commendationis plenissima sint, meo non indigent præconio. DEUM potius veneror, ut præclaris studiorum profectibus, ulteriora addat incrementa, quæ in Divini Numinis gloriam, SERENISSIMÆ DOMUS, cui se totum mancipavit, adeoque Reipublicæ, ingentia commoda, & propriam denique salutem, feliciter excrescant desinantque. Argentorati. Pr. KL. Februarii, anni clō Ioc LXXXVI.



C. B. D.

De

# PLACITIS ORDINUM IMPERII

vulgò

## Reichs-*Sutachten*.

I.

*Ingressus dissertationis & ar-  
gumenti selectus. Placi-  
torum diversæ appellatio-  
nes. Descriptio.*



**I**lustri ille annalium con-  
ditor, *Jacobus Augustus Thuanus*, in  
digressione, quam Libri Secundi in-  
itiò, de Germania & ejus Statu at-  
que administratione, instituit, post-  
quam regiminis formulam &  
membra, ex quibus Reipublicæ  
corpus constat, circulos, judicia, Comitiam denique, re-  
censuisset, in ea verba erumpit: *Huic Reipublicæ Germa-  
nicæ ex tot Principibus compositæ, quid in omni antiquitate  
conferri possit, non video, nisi aut Amphictyonum confes-  
sum, ab Amphictyone Atheniensium Rege, Deucalionis F.  
Promethei N. ad Thermopylas & apud Delphos institutum,*  
A qui



qui XII. Græcia populos complectebatur, aut Achaorum deniq;  
 concilium quod sub Arato Sicyonio maximè immensum vi-  
 guit. Verùm hæc cum Germaniâ comparata, quasi musca  
 ad Elephantum. Subjicitque hujus judicii sui in sequen-  
 tibus verbis non contemnendas rationes, quas huc ad-  
 scribere, uti nihil attinet, ita, quod nostro instituto suffi-  
 cit, satis inde apparet, Germanici Imperii constitutio-  
 nem, quatenus quidem per leges fundamentales ea ad-  
 ornata est, exteros quoque, affectuum intemperie haut  
 abreptos, sibi inde fuisse admiratos. Maximè verò &  
 cum extantiori aliquo indicio, constituti illius Imperii  
 indoles, in Comitibus, quibus velut in compendio tota  
 Respublica exhibetur representaturque, sese exserit, si-  
 ve ad splendorem gentis, externamque pompam, sive  
 ad conditionem juris potestatisque, qua Imperantium  
 quisque gaudet, respicias. Ex his quæ posterioris ob-  
 servationis, atque adeò nostri potissimum fori sunt,  
 particulam aliquam decerpere & pro Dissertatione mo-  
 re Academico ventilandam proponere animus est, in  
 argumentum eligentes jus istud Statuum, quo ad fa-  
 ciendum Comitiale, vel Imperiale aliquod decretum  
 cum Cæsare efficientiâ mutuâ concurrunt. Annuat  
 propositis nostris Numen propitium favensque Lector.

Autor der  
 Grundy.  
 P. II. 69.

II. Initio quidem satis constat, ex nostro idioma-  
 te, solenne, publicique styli autoritate declaratum no-  
 men accepisse materiam à nobis tractandam, das  
**Reichs-Gutachten** qua communiter solemus uti,  
 alias quoque titulo à priori parum discrepante, des  
**Reichs-Bedencken** signatur. In latinis varias ap-  
 pellationes huc traxerunt Doctores. *Commune Ordini*  
*num*



num Consultum appellarunt Lampadius atque Conringius. Nonnulli consentientium Electorum & Principum placitum, tanquam Ordinum commune consultum, ut Pauermeisterus; qui in antecedentibus etiam commune Ordinum decretum dixit. Bæclerus, sententias Ordinum consentientes, nominavit. alii, qui simplici sermonis latini vocabulo vim rei significandæ se æquare posse desperabant, periphrasin adornare maluerunt, *Libelli ad Casarem*, qui **Reichs-Bedencken** dicitur, quod *Limneus* fecit. Sicut verò expressiones istæ omnes fortasse locum suum satis tuentur, ita nescio, an pari æstimatione haberi possint, appellationes eorum, qui vel *Senatus Consulti*, vel *Decreti Comitialis*, aut *conclusi etiam comitialis* voce eandem rem cupiverunt explicare, uti apud *Joachimum Hagemeyerum* observamus, quem secutus est *D. Schvederus*. Sicut enim *Senatus Consulti* nomen ex Republicâ Romanâ desumptum, prout de diversis Status publici temporibus accipitur, ambiguum est, & affectationem aliquam styli veteris, præter necessitatem, continet: ita non minus ipsum, quam cætera, hîc minus commoda sunt, & si omnino usurpanda forent, ad ea, quæ à tota Civitate Germanâ, Imperatore & Ordinibus, rectius, quam quæ ab alterutra saltim parte, decreta sunt, significanda, liceret applicare. Alias, si quis Ordinum tantummodo sententias his verbis denotare vellet, facile in eam opinionem inducere posset hos, qui rerum non satis sunt gnari, ac si à solis Statibus Imperii, velut in Republica optimatum, vis summi Imperii dependeret, atque illis unice constitutionem comitalem ferre liceret, quod à præsentis Jurispublici ratione prorsus alienum est.

de Republ.  
R.G. III, 8.  
7.  
de Comit.  
Imper. G.  
0. 58.  
de Jurisd.  
Imper. R.  
II, 2, 50. &  
47.  
Not. Imp.  
XII, 1.  
T. II. Add.  
IX, 1, 167.  
de Comit.  
Imp. G.  
c. 7.  
Introd. ad  
I. P. L. 1.  
c. 30. §. 17.



III. Nobis inter cætera *placitorum* nomen præcipuè arrisit, quod simul modum subinnuere videbatur, juxta quem suffragia ejusmodi Ordinum, una cum Cæsaris consensu, in vim legis evalescunt, fieri enim hoc inter illos tanquam paciscentes, per modum alicujus conventionis, manifestum est, & infra amplius ostendetur, at vero pactio vel conventio propriè loquendo nihil aliud est, quam duorum vel plurium *in idem placitum consensus*, quemadmodum Ictus etiam definiit. Nec impedit, quod apud Veteres Francorum Reges, quicquid in Curiis vel Comitibus seu conventibus publicis, communi Regis procerumque Regni nomine decretum erat, imò subinde ipsi illi conventus publici, *Placita* dicebantur; vel etiam à recentioribus scriptoribus, nominatim *Sprengero*, per *commune Imperij placitum*, *Recessus* hodierni significantur; unde non minori incommodo & hanc appellationem usurpari fortè aliquis existimaverit. Dubitatio enim, quæ ex voce absolutè positâ poterat oriri, per adjectum *ordinum* nomen, tollitur, quod ad præsentis argumenti denotationem rem totam sufficienter constringit. Aliud enim est *placitum totius Imperij*, aliud *placitum Ordinum Imperij*, illud Civitatis integræ, hoc partis sententiam, illud decretum jam confectum, hoc suffragationem ad decretum adhuc faciendum, indicat. Quanquam negari non possit, multos etiam, ubi de Placitis ordinum loquuntur, dem *Reichs-Gutachten*/ simpliciter *placitum Imperij*, ad imitationem locutionis Germanicæ, dicere consuevisse; quæ quidem formula, tanquam loquendi compendio inducta, uti in vulgari sermonis usu, quo Imperator & Imperium, tanquam Caput & membra, sibi sæpius

in l. 1. §. 2.  
ff. de pact.

Vid. Du  
Fresne  
Glossar. h.  
Vocæ  
Lucern.  
Imp. p. 59.

piu  
ad  
gr  
in  
tur  
len  
Im  
re,  
con  
sed  
ten  
  
rep  
mo  
pos  
in  
atq  
fese  
exo  
con  
con  
ta  
clu  
nor  
des  
nob  
arg  
Pla  
deci  
per  
cor





pius opponuntur, interpretationem suam accipere, ac ad sensum sanum facile trahi potest, eâ ratione, quâ Regnum alias à Rege quoque seorsim nominari solet; ita in rigidiore Philosophiæ civilis examine vix sustinebitur, ut rectius fortè senserint, quam locuti sint, qui talem formulam adhibuerunt, Imperium enim semper Imperatorem simul comprehendere, & sine Imperatore, cum de subjecto majestatis quæritur, nihil significare, contra *Hippolithum à Lapide*, ista non solum distincta, sed Imperium quoque Imperatori superius esse statuentem, demonstravit *Bæclerus*.

*animad.*  
*ad P.1. c.3.*  
*f. 2.*

IV. Poterunt quæ sic in antecessum differuimus, reperiendæ propius definitioni viam nobis quodammodo monstrare. Ita enim comparatum est, ut postquam argumenta Comititalia, à Cæsare proposita, in singulis statuum Collegiis consueto more ventilata atque decisa sunt, mutuâ Collegiorum relatione inter sese instituta, ubi ab Electorum & Principum Senatu exordium fieri, Civitatum verò classis, ut cum harum contradictione sæpius facta, non prius quam inter istos convenerit, admitti solet, singulorum sibi invicem vota Collegiorum exponant, & de communi aliquo concluso inde adornando laborent, quod Cæsari Ordinum nomine possit exhiberi; & quæ sic placuerunt, nomine **des Reichs-Gutachtens** veniunt. Licebit itaque nobis loco definitionis perfectioris, qualem præsentis argumenti conditio vix patitur, in hunc ferè modum Placita nostra describere, quod sint *Sententiæ Ordinum decisivæ, super rebus comitaliter propositis, & in tribus Imperij Senatibus, jure suffragij discussis, per mutuam re- & correlationem explicata, quæ in libellum communi nomine redactæ,*





*redacta, Cæsari, vel ejus Commissario, exhibentur, ut consensu Imperatorio accedente, exinde more solito decretum Imperij efficiatur.*

V. Diximus sententias *Ordinum*: unde statim hîc excluduntur *Decreta Imperij, Reichs-Decreta, Reichs-Schlüsse* ad quæ Cæsaris quoque consensus requiritur, qui *Ordinum* nomine neutiquam venire potest. Sententiæ verò illæ sunt *decisivæ*, hoc est, jure suffragii conceptæ, quod facultate summi Imperii Civilis nititur, & super *rebus* quidem *comitialiter propositis*: quibus verbis à placitis nostris separantur illa consulta, quæ ad specialiore[m] Cæsaris petitionem in re præsentî, Status subinde vel certi collegii, vel promiscuè unus aut alter, in vim simplicis consilii valitura, exponunt, quorum mentio fit in *Instrumento Pacis Cæsareo-Suecico*, iis verbis: *liberum sit suæ Majestati in causis majoribus & unde tumultus in Imperio timeri possent, insuper etiam quorundam utriusq[ue] religionis Electorum & Principum sententias & vota exquirere*, sicut enim alias nullum consilium obligatorium est, ita & in his consultoris voluntati relictum, quousque attendere ea malit. Et quanquam libertas Cæsari competere videri possit, ut pro arbitrio, quos velit, consulere eidem liceat, aliquam tamen & hîc sibi prærogativam competere Electores contendunt, quod in Aureâ Bullâ non minus, quam monumentis publicis aliis, pro interioribus Consiliariis, in partem sollicitudinis Imperatoriæ vocatis, habeantur Illi, cò respectu, quo cæteri Status fortè haberi non debeant: superioribus certè comitiis in causâ præcedentiæ Episcoporum Spirensis & Eichstaden[s]is, ab Imperatore, cui unicè heic jurisdictio competit, definiendæ, à Senatu Electorum mani-

Art. V. S. XX  
n. 55.

A. 1653. d.  
23. Jan. 6

ma  
Zy  
ch  
we  
ne  
de  
S  
lich  
me  
cafi  
que  
dica  
in a  
liar  
mi  
con  
etia  
fun  
care  
San  
dise  
con  
tum  
tion  
sub  
etia  
nac  
citra  
pes,





manifestè eò provocatum, acta docent: Es sollten  
 Ihre Majestät auß tragendem hohen Kayserli-  
 chem Ampt/fördersten/ ohne Einholung ander-  
 wertem/ in dergleichen Fällen ohnherkomme-  
 nen Gutachten des Fürsten Raths/ dardurch  
 denen Herrn Churfürsten/ als Ihrer Kayserl.  
 Mayestät innersten geheimsten Rätthen/ leicht-  
 lich præjudicirt werden könte/ verfahren: si ta-  
 men praxin heic inspiciamus, apparebit in ejusmodi  
 casibus, sæpius Electoribus Principes ac ceteros quo-  
 que Status fuisse conjunctos, quemadmodum *alibi in-*  
*dicavimus.* Anne negotia forte discernenda erunt, ut  
 in aliis Electores, æque ac Status reliqui, tanquam *Consi-*  
*liarij* nudi, suis consiliis; in aliis verò tanquam in ad-  
 ministratione Reipublicæ, necessario suo consensu,  
 concurrant? quam quidem distinctionem *Limneus*  
 etiam observasse videtur, & quæ posterioris generis  
 sunt, peculiari *Dissertatione, de Consensu Electorali* expli-  
 care nuper instituit, *D. Lynckerus* Antecessor Jenensis.  
 Sane in Capitulatione *Mathie* adstringi cepit Imperator  
 diserto capitulo, *ut in generalioribus negotiis Imperium*  
*concernentibus, statim ab initio Electorum consilium & vo-*  
*tum exquirat.* Quod in *Ferdinandi II. & III.* Capitulati-  
 onibus totidem verbis est repetitum; quanquam in  
 subsequentibus *Ferdinandi IV. ac Leopoldi,* reliquorum  
 etiam Principum & Statuum, sub clausula tamen,  
*nach Gelegenheit der Sachen/* quam quidem, sed  
 citra effectum, in *monitis* suis petierunt omitti Princi-  
 pes, fiat mentio. Hinc tamen nollem cum *Oldenbur-*

*Comm. de  
Legat.  
Stat. Imp.  
c. 5. §. 33.*

*ad A. B.  
c. 30. §. 1.  
obs. 7.*

*art. XL*

*art.  
XXXIX.  
art. XLII.  
art. XL*

*art.  
XXXIX.  
ap. A. der  
Grundb.  
P. III. c. 3.*

*ad Inst.  
Pac. P. 11.  
d. 20. §. 13.*

*gero*

sensu  
operij  
atim  
ichs  
tur,  
Sen-  
con-  
ur, &  
erbis  
spe-  
sub-  
r, in  
nen-  
libe-  
us in  
re-  
uire-  
n est,  
sque  
om-  
tule-  
gati-  
ureâ  
s, pro  
Im-  
quo  
ibus  
Spi-  
heic  
rum  
mani-



gero, statuere, quasi *libertas* illa consulendi Status, quæ utique tum ex naturâ quorundam jurium, Cæsari adhuc soli competentium, tum vigore etiam Instrumenti Pacis, eidem reservata est, indistinctè per subsecutas Capitulationes *arctiori vinculo ligata sit, imò in necessitatem abierit.* Siquidem jam ante pacificationem Westphalicam eodem verborum tenore Capitulationes disposuerunt, quibus tamen Instrumento Pacis, tanquam legi posteriori, nihil derogari potuit. Plane existimo de diversæ conditionis negotiis sermonem utrinque esse, & in his quidem ubi *libertas* Cæsari competit consulendi, vota Ordinum in terminis *Consilij* subsistere, in illis verò, ubi *necessitate* legis adstringitur, vel plenam *suffragij* vim habere, vel saltem *conditionis sine qua non*, ut Philosophi vocant, locum ea sustinere. Unde facilè tum ex hætenus dictis, tum ex postea dicendis apparebit, quando *pro placitis ejusmodi* valere ista possint, quando non possint. Simili modo per adducta descriptionis nostræ verba, ex placitorum numero rejiciuntur, quæ aliquando à Statibus speciali foedere Imperatori conjunctis, circa negotia confœderationis feliciter constituenda, explicantur sententiæ; neque enim de rebus comitialiter propositis vel in tribus Imperii Senatibus discussis, eæ interpositæ dici possunt, neque vi summi Imperii communicati, sed communi societatis jure expeditæ. Cæterum quomodo ad formanda placita mutæ relationes instituantur, libellus conficiatur, exhibeaturque Cæsari, rectius in re præsentî demonstrabitur.

II. Pla-



II.

*Placitorum origo variè ab  
Autoribus explicata exa-  
minatur. vera indicatur.*

V. In repetendis placitorum nostrorum origini-  
bus, varia tempora à Doctoribus passim solent assignari.  
Qui ex Romanorum institutis Germanica nostra vel  
derivare consueverunt, vel illustrare, in hoc quoque ar-  
gumento eousque adscendant, Comitiorum indolem  
inspicientes, qualis fuerit eâ ætate, qua *Imperatores* illa  
cum *Senatu communicata* habebant, quod sub Tiberio  
cepisse, *Tacitus* memorat. Sicut enim vi moris istius,  
Principes subinde etiam in Senatu, *oratione* per Candi-  
datos habitâ, vel emissâ ad eum epistolâ, Senatui per-  
suadebant, rogantes deliberationem vel decretum fieri,  
quemadmodum in pandectis nostris atque Codice, *Divi  
Marci, de alimentis: Antonini Pij, de Professoribus: Hadriani  
de petitione hereditatis*, aliaque multa ejusmodi oratio-  
num exempla habemus: ad quæ deinceps *Senatus Con-  
sulta* sequebantur, quod *l. 16. pr. de ritu nuptiarum* docet,  
& prolixius *Barnabas Brissonius & Joh. Strauchius* expli-  
carunt: ita tales etiam esse putant hodiè orationes,  
quas Imperatores Germanici in generali Senatu Impe-  
rii, quæ *Comitia* appellantur, per Cancellarium de rebus  
publicè deliberandis ac decernendis proponere solent,  
unde & *propositionis* nomen habeant, ad quas si *decreta  
ordinum* accedant, publicam inde *Constitutionem* fieri;  
prout memini hanc sententiam & ipsi *B. Strauchio* pla-  
cuisse, & ante ipsum *Frehero, Goldasto, Limnao*, aliisque,

*l. Ann. 15.  
add. c. 81.  
l. 8. pr. ff.  
de transact.  
l. 4. C. de  
Professor.  
l. 20. §. 6.  
de hered.  
petit. l. 22.  
eod.  
L. 1. Antiq.  
Select. c. 16.  
Diff. de  
Statut. à  
summ.  
Princi. d. 11.  
seqq. add.  
Gothof, ad  
l. 16. L. K.  
Comm. in  
Const. A.  
dolphi, de  
Inf. Rhen.  
p. 625.  
Repl. pro  
Imper. c. 11.  
l. P. 1, 10, 43*

B

quæ





tamen plurima habere incommoda mihi videtur. Ut enim non dicamus, Originem rei Germanicæ ex alienæ gentis moribus serîdò repetere velle, omnino absolum esse, alia etiam argumenta faciunt, quò minus vel per comparationem aut similitudinem tantum opinio isthæc consistere possit, siquidem satis constat, illis temporibus potestatem Imperatorum verè ac plenè Monarchicam fuisse, & quoniam juxta cætera imperandi jura etiam vim comitorum- in quibus sub Republicâ liberâ præsidium magnum populus Romanus habebat, per varias artes gradusque, quos diligenter *Lipsius* annotavit, jam in se solos traxerunt isti, nil nisi inane simulacrum pristinæ libertatis dici haberique debet, quod Senatui per ceremoniam istam erat relictum, quem admodum fraudem Tiberii pridem *Tacitus* etiam detexit, *speciosa verbis, re inania, aut subdola ista omnia judicans, quantoq; majore libertatis imagine tegebantur, tanto eruptura ad infensius servitium*: quale quid de propositionibus in Comitibus hodiernis, consultisque ordinum ad illas directis dicere vel indicare velle, importunæ utique foret philosophiæ. Unde professo etiam studio opinionem hanc confutandam sibi non immerito sumsit *Dominicus Arumæus*, qui differentias inter orationes veteres & propositiones hodiernas, tam ex parte Cæsarium quam Ordinum, plures inquisivit exposuitque,

ad Tac. 1.  
A. 15.  
Vid. Clap-  
mar. de ar-  
can. Re-  
rum publ.  
L. 1. c. 14. &  
L. VI. c. 7.  
Tac. 1. Ann.  
fin.

de Comit.  
c. 7. n. 2.  
segg.

VII. Alii ergo natales domesticos circumspiciunt, & quoniam ex antiquitate plerumque rebus præsentibus non vile pretium conciliari vulgò creditur, factum est, ut & heic nonnulli ad *prima illa Gentium Germanicarum concilia* adscendentes, quasi jam in istis tale quidpiam reperiretur, existimârint, ex quo, *Regibus non infinitam*

nit  
con  
cu  
sua  
citi  
mi  
clu  
ita  
nis  
  
ad  
me  
run  
cis  
Arc  
cor  
feu  
rat,  
sine  
bat  
pitu  
und  
eis  
(no  
uno  
prou  
preo  
vid  
ita  
tum  
bus





nitam aut liberam potestatem competiisse, nec aliter in conciliis, quam prout etas cui q<sup>3</sup>, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia erat, auditos fuisse, auctoritate suadendi magis, quam iubendi potestate, commemoret *Ta. Germ. VII. l. XI. 6.* Sed quemadmodum inde quidem ad originem Comitiorum nostrorum universalium vel Recessuum Imperij concludere vix integrum esse, observavit *Illustris Mauritius; Diss. de Recess. Imp. §. 1. 20.* ita multo minus pro placitis Ordinum Imperii hodiernis hinc aliquid deduxeris.

IIIX. Majorem fortè speciem habet, quod quidam ad Veterum Regum ac Imperatorum Francicorum, maxime Caroli M. tempora, attendant, nam videtur sub illorum imperio similis plane mos in Conventibus publicis Regni obtinuisse, quemadmodum vel ex *Hincmaro, Archiepiscopo Rhemensi*, qui seculi noni decursu floruit, condiscere licet, ita autem ille, postquam de placitis seu Conventibus singulis annis institui solitis differuerat, subjungit: *Proceres & primi Senatores Regni, ne quasi sine causa convocari viderentur, (ergo convocatio præcedebat) mox auctoritate regia, per denominata & ordinata capitula, quæ vel ab ipso per inspirationem DEI inventa, vel undique sibi nuntiata post eorum abscessum præcipue fuerant, eis ad conferendum vel ad considerandum patefacta sunt. (nota hic propositionem.) Quibus susceptis interdum die uno, interdum biduo, interdum etiam triduo, vel amplius, prout rerum pondus expecebat, (hinc consultatio) accepto, ex prædictis domesticis palatij missis intercurrentibus, quæq; sibi videbantur interrogantes responsumq; recipientes, tamdiu à nullo extraneo appropinquante, donec res singulæ ad effectum perducta gloriosi Principis auditui in sacris ejus obtutibus exponerentur, & quicquid data à DEO Sapientia ejus eligeret,*



geret, omnes sequerentur. (hoc igitur commune Proce-  
rum conclusum.) Pergit deinceps, interim vero, quò hæc in  
Regis absentia agebantur, ipse Princeps reliqua multitudini  
in suscipiendis muneribus, salutandis proceribus, confabulan-  
do rarius visis, compatiendo senioribus, congaudendo junio-  
ribus, & cætera his similia tam in spiritualibus, quamq; &  
in secularibus occupatus erat: ita tamen, ut quotiescunque  
se gregatorum voluntas esset, ad eos veniret, similiter quoq;  
quanto spatio voluissent, cum eis consisteret, & cum omni fa-  
miliaritate qualiter singula reperta habuissent, referebant,  
(ea est relatio ad Principem vel Imperatorem) quantaque  
mutua hinc & inde altercatione vel disputatione decerta-  
sent, apertius recitabant. & ut horum verborum major  
fides sit, ea ex Adelhardo, Sene & Sapiente Domni CARO-  
LI MAGNI Imperatoris propinquo, & Monasterij Corbeie  
abbate, inter primos Consiliarios primo, quem in adolescen-  
tia sua viderit, se hausisse, ac ex libello ejus de ordine pala-  
tij descripsisse, diserte tradit Hincmarus. Ad di possunt,  
quæ ex aliis rerum Francicarum scriptoribus, in ean-  
dem fere sententiam congescit Franciscus Hottomannus,  
Franco-Gallia suæ capite potissimum tertio & quarto de-  
cimo.

de Com. C.  
IV. n. 12.

IX. Moverunt sane ista Arumæum, ut confidenter  
satis pronuntiaverit, quod, si Ordinem hunc procedendi,  
ut convocationem, propositionem, secessionem, consultatio-  
nem & conclusionem penitus attenderimus, utique placita il-  
la sub Caroli M. & successorum Imperio habita, tam nostris  
Comitiis, quam ovum ovo quadrare, fatendum sit, & quod  
consequens est, non minus Ordinibus illis quam nostris, jus  
Comitiorum competiisse; & solenne est aliis quoque Juris  
publici scriptoribus, ut in consignandis Comitiorum  
Germa-



Germaniæ originibus ad istam usque ætatem procedant, atque hinc velut eodem tenore Status præsentis rationes repetant, quod tamen *Autorem der Grundveste!* P. I. c. 2. tam rigidum alias eorum, quæ ad Principum Imperii dignitatem & Jura pertinent, vindicem assertoremque, subinde fecisse, non immerito mireris. Neque enim puto magnam apud Ordines inibit gratiam, si quis, in Comitibus auctoritatem solum *consultativam* Illos habere, dixerit, quale quid omnino dicere coguntur, qui potestatem Eorum hodiernam, cum veteri illâ, Carolingico ævo vigente, eandem esse, pronuntiare amant, siquidem ex Historiâ illorum temporum satis abunde constat, tum quidem potestatem majorem Istos non habuisse. Sane vel ex ipso, & solo *Hincmaro*, qui præcipuo loco alias in partem contrariam allegari solet, id quod diximus, comprobari potest: conferatur enim tota istius epistolæ series, apparebit, non nisi *Consiliariorum* munere functos esse *Primores* vel *Optimates* istos Francorum, uti appellabantur. Capite *nono & vigesimo*, ubi divisionem Status Regni, & Placitorum discrimen, in universalia & particularia, proponit, in istis *Seniores propter Consilium ordinandum* convenisse, dicit: in his quoque, qui fuerunt, expressè *Consiliarios*, & *Seniorum, Consilium* nominat, Capite *tricesimo*: sequenti vero *tricesimo primo*, addit, *Consiliarii illi qualiter eligebantur*, eorumque functionem *ministerium* vocat: *tricesimo secundo capite*, quomodo speciatim Apocrisiarius, ad *Consiliandum* se aptum reddere debuerit, inculcat. & sic deinceps: neque apud



alios scriptores aliter reperias : **Consuluit** Carolus  
*Fideles suos*: egit publica negotia, *cum* **Consulto Fi-**  
*delium & Sacerdotum* : *cum* **Consilio Optimatum**  
*Regni*, perpetuæ styli publici formulæ occurrunt. Sed  
 d. c. 4. n. 15. videtur sibi ipsi contradixisse *Arumæus*, quando mox in  
 sequentibus ea verba subjungit: *Summum tamen Impe-*  
*rium, quo pollebant Imperatores illius ævi, non desisse esse*  
*summum, siquidem Ordines de Imperio nihil participabant* :  
 qui ergo æquabit jus Comitiorum hodiernum & anti-  
 quius illud? Ordines enim Imperii hodiè summi im-  
 perii civilis participes esse, nemo publici Status peritus  
 inficiari potest, & *Arumæus* ipse alibi operosius defendit.  
 Locis ab *Hottomanno* laudatis, quibus *Proceribus*  
*Regni seculo Carolino* jus Comitiorum & potestatem  
 decisivam competiisse, evincere voluit, non solum *An-*  
*tonius Matharellus, Gallus, responsione* perpetua, sed & spe-  
 cialiiori opera pridem satisfecit *B. Bæclerus Noster*, cujus  
 in *Carolo* M. p. 19. sententiam nominatim comprobavit *Illustris Dn. ab Ey-*  
 in *Diff. de* ben, *judiciumque suum* ita ulterius exposuit, *ut, qui iis-*  
 Orig. axi- dem *auspiciis hodiernæ Procerum* *avton egloias*, cujus com-  
 om. Tan- plexum facit jus Comitiorum, *initia expensa ferunt, ha-*  
 tum potest *tenus falli oporteat*, diserte pronuntiare non dubita-  
 Princeps. verit.  
 Ec. c. 3.  
 p. 411. ap.  
 Fritsch.  
 V. 11.

X. Nobis ita videtur, si, detractis simulacris &  
 speciebus istis exterioribus, quæ subinde ex Statu veteri  
 etiam post multam mutationem superesse solent, rem  
 ipsam juxta interiorem conditionis suæ habitum in-  
 spexerimus, Originem non nisi ab illa ætate repeti posse,  
 qua, in consortium summi imperii accepti Ordines, vo-  
 tum *desisvum* consequebantur, cujus rei exordia, sicut  
 deter-



determinatum tempus non habent, ita complemen-  
 tum & perfectio demum Maximiliani I. ævo, jure qui-  
 dem certo atque liquido, contigit. Neque his ad-  
 versatur quod jam in *Constitutione Adolphi Nassovii, de*  
*insulis Rheni*, in Curia Noribergensi promulgata, dica-  
 tur per communem Principum sententiam factam esse, quo  
 quidem loco motus est Freherus, ut annotaret, ac si jam  
 sub Friderico primo id observatum, ut nulla lex generalis  
 à Principe sine Senatus Consulto ferretur, & perseverasse ad  
 nos usq; morem illum in Imperij Statutis, Decretis, Recessibus;  
 ut ut enim sententiam Principum & istis temporibus  
 Imperatores sæpius legantur adhibuisse, non tamen ex  
 necessitate juris publici, sed ex regulis prudentia, quæ  
 bono Principi alieni consilii usum commendat, id fa-  
 ctum est; neque ut consensu suo negotiis expediendis  
 efficaciam & auctoritatem pariter conciliarent, sed ut per  
 modum Consilij, Imperatorem suo jure ac nomine tum  
 decernentem, instruerent: quale quid pro placito Or-  
 dinum Imperii, propriè accepto, sensu quem nos hic  
 intendimus, neutiquam haberi potest. Quod si mo-  
 dum simul velis comprehendere sive formulas agendi  
 & solennitates, quibus placitorum confectio adorna-  
 tur, difficilius erit, in singulis partibus Origines indica-  
 re, siquidem in consignandis istis rebus veteres tam sol-  
 liciti non fuerunt, aliqua tamen hujus generis specimi-  
 na fortassis in progressu apparebunt.

*Vid. Diff.*  
*Obrechtia-*  
*na de Fæ-*  
*derib. Im-*  
*perij Germa-*  
*5. 5. seqq.*

III.

*Status quinam. Et qualiter  
 placita faciant. ex qua fa-  
 cultate. quo votorum nu-  
 mero.*

XI. Cæ.



XI. Cæterum qui ad conficienda hæc placita concurrunt, sunt Ordines vel *Status Imperij*, Membra illa, quibus jus sessionis & suffragii in Comitibus competit; unde statim hic excluduntur alia *membra*, etsi Imperio *immediate subjecta*, quæ frustra Statibus cum *Mathia Stephani*, exæquavit *Daniel Otto*: dari enim talia membra, quæ tamen non sint Status, præter *R. I. de A. 1564. §. 29.* & textus alios, à *Speidelio* notatos, ex Doctoribus Juris publici *Reinkingius*, peculiari *capite*; integra vero disputatione, *Schüzius* demonstrarunt. Segregantur porro hi Ordines in tres Classes, *Electorum. Principum*, sub quibus etiam Comites & Barones continentur, ac *Civitatum*: & in singulis quidem initio inter se de communi Collegii voto conveniendum est, priusquam mutua relatione suas sibi sententias quælibet exponant, atque ita commune omnium Collegiorum votum efficiant. An autem semper ita separata fuerit isthæc in Comitibus Universalibus Collegiorum consultatio, vel quando primum instituta sit, heic quidem operosius investigare nihil attinet; communis fere est opinio, cepisse demum in Comitibus Francofurtensibus A 1489. ut peculiari & distincta à Principibus Classe agerent Electores, quam non solum publici Juris Scriptores defendunt, *Limneus, Autor der Grundveste*/alique, sed ipsi quoque *Principes Augustanæ Confessionis*, scripto superioribus Comitibus Collegio Electorali exhibito, asseruerunt. Quanquam *Bæclerus* altiora initia assignanda existimaverit, quod jam in Aurea Bulla evidentissima sint argumenta separatae consultationis: & memini aliquando ad exemplum Comitiorum, sub Ludovico Bavaro A. 1344. Francofurti, contra indigna quædam Pontificis postulata

I. P. c. 17.

Spec. p.

1049.

L. I. cl. 5.

c. 10. V. I.

D. 9.

T. I. Add.

IX, 1, 132.

P. II. c. 3.

A. 1654.

d. 2. No-

embr.

Not. Imp.

L. XXI. c. 1.



lata habitorum provocatum esse, in quo, juxta descri-  
 ptionem *Alberti Argentinensis*, illorum temporum scri-  
 ptoris proprii, specimen ejusmodi Re- & Correlatio-  
 num inter diversa Collegia appareat; verba Alberti ap-  
 ponere non pigrabimur. Convenientibus autem in  
*Francfort, Principum & Magnatum, & Civitatum &*  
*Oppidorum Imperialium nuntius, scilicet sub anno Domini*  
*M CCC XLIV. de mense Septembri, & quarente Principe*  
*de Civitatibus Aquensi, Augustensi, & Uberlingensi, & aliis*  
*si adessent: & dicto quod sic, & auscultantibus omnibus:*  
*Magister Wigkerus Protonotarius Archi-Episcopi Treviren-*  
*sis jussus per Principem sic incepit. Gratiose Domine, Domi-*  
*ni nostri Principes, Electores, & alij Imperij Fideles pridem*  
*Coloniae congregati, recensentes articulos Reformationis Ve-*  
*stra, quos Papa requirit, & in quibus intentio Apostolica se-*  
*dis resedit, concorditer decreverant, illos articulos in perni-*  
*ciem & destructionem Imperij esse conceptos, & quod nec Vos,*  
*nec ipsi Virtute Juramenti Imperio praestiti annuere valeatis,*  
*& quod ipsi nuntios & literas dirigere velint, Papa & Colle-*  
*gio, ut ab his desistant. Quod si nolint, jam alium termi-*  
*num in Rens, super Rhenum ad octo dies statuerunt, ubi vobis*  
*cum deliberare volunt, qualiter in eventu tali hujusmodi*  
*conatibus resistatur, Haecenus votum Electorum Prin-*  
*cipum; pergit: Quo dicto per illum finito quaesivit ipse*  
*Protonotarius a Moguntino presente, & Legatis aliorum*  
*Principum, si ita esset in facto; illisq; respondentibus ita esse:*  
*dixit Princeps Nuntiis Civitatum: Vos audistis Decretum*  
*& Consilium Principum. Vos igitur Nuntij exite, nobisq;*  
*Vestram deliberationem referte. Illiq; exeuntes, diuq; de-*  
*liberantes ad Principes rediere, & per Civem Moguntinum*  
*de Mandato omnium taliter responderunt. Domine, (no-*

*Chron. add.*  
*An.*

C

tando



tando Principem) Civitates adverterunt, qualiter Papa cum articulis ad lesionem Imperij nititur. Et cum Civitates non possint stare, nisi cum Imperio, & Imperij lesio earum sit destructio; si Dominus Papa in talibus persistere velit, nos inopes omnibus viis, quas cogitaverunt Principes Imperij, ad manutenendum jura, honorem & integritatem Imperij, erimus obedire & manutenere parati. Sed si dicendum quod res est, exinde fortè quod intenditur vix poterit probari: nam quæ in A. B. separatæ Consultationis prætenduntur argumenta, ad particulares conventus, quales vel eligendi Cæsaris novi, aut administrationis Reipublicæ necessariæ gratia, Electoribus seorsim habere licet, unicè pertinent, in quibus utique reliqui Status iisdem non junguntur; ad Comitiam autem universaliam & illic natam Collegiorum divisionem an extendi possint, non immerito dubitatur. Quod Alberti Argentinenfis locum attinet, manifestè Electores & Principes junguntur, Civitatibusque opponuntur, nec quicquam ibi, quod hodierno mori simile sit, apparet.

XII. Quare plane ita censeo; olim cum Status Reipublicæ adhuc verè Monarchicus vigeret, pro arbitrio Imperatorum, vel ipsorum etiam quandoque Procerum, institutas fuisse consultationes, atque adeo deliberandi rationem fuisse mutabilem, quemadmodum in hoc vel illo negotiorum genere ipsa rei indoles atque conditio videbatur requirere, ita vel conjunctim ab omnibus, vel separatim ab his aut illis ea expedita fuerit.

Ep. 3. c. 35. Fidem hujus rei facere possumus testimonio *Hiricmari*, eodem quem supra laudavimus loco, is enim postquam recensisset, quid Rex servavit in suscipiendis Regni Proceribus,



ceribus, de Sessionibus eorum & Consultationibus ita pergit: Sed nec illud prætermittendum, quomodo si tempus serenum erat, extra, sin minus, intra diversa loca distincta erant, ubi & hi abundanter segregati semotim, & cætera multitudo separatim residere potuisset, prius tamen cætera inferiores personæ interesse minimè potuissent. Quæ utraque tamen Seniorum susceptacula sic in duabus divisa erant, ut primò omnes Episcopi, Abbates, vel hujusmodi honorificentiores Clerici absq̃ ulla Laicorum commixtione congregarentur. Similiter Comites vel hujusmodi Principes sibimet honorificabiliter à cætera multitudine primò mane segregarentur, quousq̃ tempus sive præsentè sive absente Rege accurrerent: & tunc prædicti Seniores more solito, Clerici ad suam, Laici vero ad suam constitutam Curiam, subselliis similiter honorificabiliter præparatis, convocarentur. Qui cum separati à cæteris essent, in eorum manebat potestate, quando simul, vel quando separatim residerent, prout eos tractandæ causæ qualitas docebat, sive de spiritualibus, sive de secularibus seu etiam commixtis, similiter si propter quamlibet rescendi vel investigandi causam quemcunque convocare voluissent, & re comperta discederet, in eorum voluntate manebat. Quæ omnia luculenter evincunt, in antiquioribus istis seculis, constantem illam separationem, & consultationum distinctionem frustra quæri, suffecerit itaque nobis, per novissima duo secula, morem, qui nunc est, posse demonstrari.

XIII. Cæterum de qualitate facultatis, ex quâ tria ista Ordinum Collegia ad conficiendum placitum concurrunt non uno modo sentiunt. Peccant hîc alii in defectu, alii in excessu. Ad priorem Classem referri debent, qui vel nudo *Consiliariorum* utut eminentiorum



I.P.c.13.pr. titulo Status cum *Daniele Ottone* censere consueverunt, vel alias eorum consensum pro non decretorio aut non Majestatico habent, quasi nec Majestatem ipsam, sed solum *Majestatis exercitium* instar *causae* alicujus, ut Philosophi loquuntur, *sine qua non*, atque adeo minus principaliter afficiat atque modificet, qualem opinionem *D. Lynkerus* sequitur: inter posterioris generis Doctores, principem locum tenet *Hippolithus à Lapide*, adeo Majestaticam decernendi potestatem heic Ordinibus privative asserens, ut Cæsari præter jus dirigendi in Comitibus nihil relinquat. Sed sicut Hippolithi quidem argumentis abunde satisfecit *B. Bæclerus*, ita quo minus priores istæ sententiæ subsistere, hicque Ordinum consensus in modum consilii vel assensus etiam minus principalis, aut conditionis sine qua non explicari possit, in ipso *Instrumento Pacis Cæsareo Suecico*, appellatione voti *decisivi* prospectum est, quo *positivam*, ut sic loquar *efficacitatem*, ex *mixtura* Juris Imperatorii in Republica Imperii Germanici, utrinque coortam denotari, satis puto constabit. Ut rectius omnino faciant, qui media via incedentes fontem hujus facultatis cum *Paurmeistero* ex τῆς ἀρχῆς πολιτικῆς κοινωνίας seu *participatione summi Imperij civilis*, repetant, quod significanter expressit, *Autor der Grundveste/ daß Churfürsten und Stände des Reichs/ nicht nur etwa als blosser Râth von Ihrem Oberhaupt dem Römischen Kayser erfordert/ und um ein unversündlich Gutachen/ in dieser oder jener Reichsangelegenheit befragt werden/ sondern als partes principales, und mitinteressenten an dem Statu und forma Regiminis sich darbey befinden.* Sed & ulterius procedunt *Paurmeisterus, Lampadius* aliique, summam hanc potestatem in duas

*Dis. de Consens. Elect. § 24. de Rat. Stat. in Imp. G. P. 1. f. 4. c. 4. in animadvers. ad d. l.*

*art. VIII. § 4.*

*de Jurisd. I.R. L. 1. c. 8. n. 4. P. 1. c. 1. add. Oldenburg. Man. tiff. ad Instr. Pac. p. 83. 84. L. 11. c. 2. n. 20. seqq. P. 3. c. 8. n. 13.*



duas semisses tribuendo, quorum unum Cæsar, reli-  
quum ordines universi, habeant: ex semisse igitur po-  
testatis, statibus competente initio *placitum*; postmo-  
dum altero semisse Cæsaris conjuncto, & per modum  
conventionis, cum ordinum parte sociato, *decretum Im-*  
*perij*, efficitur.

XIV. Sunt vero tria Curiata suffragia, quæ ad placi-  
tum formandum pertinent, eaque, si universa conveni-  
ant, res à parte statuum, atque ita placiti Nostri ratio,  
confecta est. de eo autem quæsitum, an & heic inter ip-  
sa Collegia pluralitas votorum valeat, ita ut duorum  
Collegiorum suffragia tertio dissentiente, pro placito  
Imperij haberi possint? equidem citra hæsitationem, as-  
serunt *Lampadius* atque *Pauermeisterus*, qui pro hac sen-  
tentia *Autorem Autonomiæ* etiam adducit; sed extra  
omnem plane controversiam rem positam non esse,  
*Acta superiorum Comitiorum* satis docuerunt, quibus desi-  
deratum etiam est, ut more solito in senatibus Imperij  
hæc quæstio ad consultandum proponeretur, quan-  
quam ita factum, vel etiam legaliter aliquid definitum  
esse, non appareat; sane in respectu saltem ad *civitates*  
*Imperiales*, an dissentientibus duobus Collegiis superi-  
oribus, hæ, alterutrius sententiæ accedentes, majora vo-  
ta facere possint? nonnulli valde dubitarunt, sicut *Arn-*  
*maus* diserte quoque pro negativa sententia pugnare ma-  
luit, quanquam ex fundamento valde lubrico, quasi Ci-  
vitatibus Imperialibus votum decisivum nullum com-  
petat, quod, post *Instrumentum pacis* apertæ falsitatis est  
convictum. Nobis, uti privata decisione publicas de-  
finitiones antevertere alias summa semper religio est  
ita tamen heic nos nihil peccaturos, existimamus, si ge-

P. III. C. 8.  
n. 12.  
L. II. C. 20  
n. 45.

de Comit:  
C. 7. n. 151.  
f.

art: VIII.  
S. 4.



neraliter dicamus, sententiam affirmativam verio-  
 esse, Juriq̄ue publico convenientiorem, quam non so-  
 lum aliquot argumentis, sed etiam praxi Comitiali,  
 P. II. C. 8. *Autor der Grundveste/ confirmavit.*

XV. Illud tamen fortassis citra dubium est, con-  
 sentientibus duobus superioribus Collegiis, Civitates  
 postea ad relationem admissas, ad assentiendum propter  
 ea cogi non posse, sed si post amicam collationem ni-  
 hil ominus voto suo dissentiant, id quoque nominatim  
 placito inferendum esse, quemadmodum etiam supe-  
 rioribus Comitibus in *declaratione sua*, super Civitatum  
 prætensa admissione ad simultaneam re- & correlatio-  
 nem, Electorum, Principumque Collegia ipsa conces-  
 serunt, Wann die Fürsten und Reichs-Städte mißstünig/  
 und man sich / wie herkommens / mit Ihnen einer sämtli-  
 chen Meynung nicht vergleichen könnte / nichts destoweni-  
 ger solches alles / wie es von einem oder andern Collegiis,  
 bey der re- und correlation eingebracht worden / als einem  
 unvollkommenen Schluß / in ein gesamtes bedencken an  
 Ihre Kayserl. Mayest. zu verfassen / zu dem end daß durch  
 dieselbe die fernern Vergleichung und außschlag bey ein-  
 oder anderen stand gesucht werden möge. sed quid si *Ele-  
 ctiores cum Principibus Catholicis* consentiant, discrepent  
 vero *Protestantes*, an & horum sententia cum suis argu-  
 mentis, in libellum, placitum Imperii complexum re-  
 ferenda erit? superioribus Comitibus acriter propterea  
 disceptatum est, in materia deputationis ordinariæ &  
 collectarum. negativam defendere conabantur isti,  
 putabantque, seorsim votum suum ad Cæsarem referre  
 posse, si omnino velint, protestantes: sed hi in affirma-  
 tiya constanter perstiterunt, ne alias deterioris quam  
 Civi-

apud Lon-  
 dorp: Cont:  
 P. VII. L. 6.  
 C. 306.



Civitates essent conditionis, sicut *excerpta actorum*, apud *Limnaum*, prolixius docent. Quod si singuli senatus discrepent, atque singulas foveant sententias, ad placitum tale veniri non posse, ac classium dissentientium suffragiorum ad Cæsarem nullius momenti relationem esse, *Pauermeisterus* opinatur, nisi quod ab Imperatore quandoque tentari soleat, an ad concordiam redigere Status possit, in quam rem nonnunquam omnium ordinum paucos, qui concilient, eligit; statibus vel eligendi personas, vel nonnunquam totius negotii decernendi potestatem, Cæsari permittentibus, quemadmodum *Lampadius* annotavit.

XVI. Extra hunc casum definitu difficilius esse videtur, si inter Imperatorem & ordines conveniri una nequeat, quid juris sit, an alterutrius, & cuius nam partis, sententia vim decreti Comitialis habere debeat? nam in diversas opiniones doctores heic abire videas. pro statibus respondet, horumque placitum pro decreto Imperij habendum, censet *Hippolithus à Lapide*, sed sententiam hanc à *veritate & praxi in hanc diem alienam*, non immerito pronuntiavit *Bæclerus*: alii, Imperatorem ex plenitudine potestatis decernere posse, autumant, quod fecerunt *Autor der nothwendigen Erinnerung contra Informationem Donavertensem*, & *Stamlerus*, hujus tamen assertionis fundamenta operose confutavit *Pauermeisterus*. Nonnulli post relata utriusque partis argumenta, quid judicandum, animo suspensi sunt, ut *Limnaus*; aut diserte ἐπέχειν, atque decisioni Imperiali rem relinquere malunt, sicut præter *D. Mauritium ac Bertramum*, fecerunt *Hermes* atque *Fritschius*. Quid ergo in tantâ diversitate opinionum dicemus? nobis,

salvo

Tom. II.  
Add. IX, 1,  
167.

L. II. c. 2.  
n. 50.

P. III. c. 8.  
n. 12.

de Rat. Stat.  
P. I. C. 4.  
S. 4. n. 5.  
Animadv.  
p. 28.

add. Notit.  
Imp. XII, 7.  
p. 61.

de Reser-  
vat. p. 31.  
de Jurisd.  
I. R.

L. II. C. 2.  
n. 65. seqq.  
l. P. IX, 1,  
170. seqq.

Diff. de R.  
l. 5. 20.  
de comit.  
ib. 74.

Tom. Add.  
ad Limna  
IX. 1. 174.





salvo cujusque rectius forte statuentis iudicio, illorum placet sententia, qui in tali casu nihil actum tradunt, cum enim Comitiales Constitutiones per modum conventionis, inter Imperatorem & Ordines fiant, in qua utriusq; partis voluntas libera esse debet, neutra obligare alteram invitam poterit, sed ulteriori tractationi locus erit, quemadmodum in hanc quoque sententiam

*de R. R. G. Ill. 8. 7. Inst. Iur. P. L. I. T. 8. §. 9. P. II. c. 9. de comit. Imp. Germ. 0. 58.* iverunt, præter *Pauermeisterum, Lampadius, Strauchius, Autor der Grundveste, atque Conringius.*

XVII. Diximus supra, ad placitorum rationes pertinere, ut materiæ propositæ, in tribus Imperij senatibus consultatæ atque discussæ sint, quod quidem de placitis in significatu excellentiori acceptis, exaudiendum est: alias enim nihil repugnat, ut placiti Imperij nomine, saltim per comparisonem, venire possit, unius etiam Collegii sententia, eo nimirum casu, quo solum forte illud jus suffragii, pro conditione atque indole argumenti præsentis, habeat, sicut contingit in iis rebus, in quibus Electores soli cum Imperatore statuen-

*Diff. de Conf. Elect. 0. 6. seqq. Tit. vom supplicationens-Rath.* di jus siti legaliter hætenus, ut cum contradictione reliquorum statuum, vindicant, ubi quidem ratione *modi*, vel sufficit consensus *majoris partis*, vel etiam *unanimis* omnium conspiratio requiritur, quemadmodum exemplis non nullis speciatim demonstravit *Lynkerus*. non desit hoc annotare *Autor ille Anonymus*, deß *Besichts, wie es auff Reichstagen pflegt herzugehen* / iis verbis: *Demnach die supplicationes, so entweder durch die Partheyen selbst übergeben / oder durch die Kayserl. Mayst. per decreta in dem Rath remittirt werden / eines theils allein an alle Stände gehören / so soll der Mainzische Cantzler darauff fleisige Achtung geben / damit solche Sachen / so*

den



den Chur-Fürsten zu tractiren allein zugehörig/ als da sind  
 Zollfachen/ Regalien/ consens und dergleichen/ im Chur-  
 fürstlichen Rath alleine fürbracht/ daselbst abgeschrieben/  
 tractirt und decretirt/ auch Kayserl. Mayest. wo Sie das  
 selbst herkämen/ abgesondert/ referiret werden. atque heic  
 quidem *Mogustinus* inter prærogativas suas referri cupit,  
 quod solus omni tempore, extra conventus, ab Impe-  
 ratore literas accipiat, per quas die Churfürstliche Gut-  
 achten eingefordert und eingeholet werden / quemadmo-  
 dum ex *Schedis Boineburgianis* loquitur *Bæclerus*.

*Not. Imp.*  
*L. VI. c. 5.*  
*n. 6.*

IV.

*Materia placitorum qualis.*  
*ut & forma seu modus*  
*conficiendi. & exhibendi.*

XVIII. Materiam placitorum faciunt res omnes,  
 quæ inter argumenta consultationum Comitiorum  
 pertinent: qualia vero ista sint, *Limneus* generali regu- *I. P. IX. 1.*  
 la definire sustinuit, nimirum omnia illa, *quæ ad salutem* *157.*  
*totius Imperij directo vel per consequentiam faciunt:* Sed  
 specialiori designatione *Tabulæ Pacis Westphalicæ* in- *art. XIX.*  
 dicarunt, quando negotia Imperii illa, præcipue huc re- *S. 2. & 3.*  
 tulerunt, ubi *leges ferende, vel interpretanda, bellum de-*  
*cernendum, tributa indicenda, delectus aut hospitaliones*  
*militum instituenda, nova munimenta intra Statuum ditio-*  
*nes extruenda nomine publico, veterave firmanda presidis,*  
*nec non ubi pax aut fœdera facienda, aliave ejusmodi negotia*  
*peragenda fuerint:* mox subjunguntur, de quibus qui-  
 dem in proximis statim Comitiiis agi debuerat, argu-  
 menta plura, *de defectibus anteriorum Conventuum emen-*  
 dandis,

D

dandis,



dandis, De Electione Romanorum Regum, certa constantiq;  
 Casarea Capitulatione concipienda, de modo & ordine in de-  
 clarando uno vel altero Statu in bannum Imperij, præter  
 eum, qui alias in Constitutionibus Imperij descriptus est, te-  
 nendo, redintegrandis Circulis, renovanda matricula, redu-  
 cendis Statibus exemptis, moderatione & remissione Imperij  
 collectarum, reformatione Politicæ & Justitiæ, taxæ sportula-  
 rum in judicio Camerali, Ordinarius Deputatis ad modum &  
 utilitatem Reipublicæ rite formandis, legitimo munere Di-  
 rectorum in Imperij Collegiis, & similibus negotiis. addi  
 his possunt, quæ consignavit Autor der Grundveste/ &  
 peculiaris Conringij, de præcipuis negotiis in Conventibus  
 Imperij Germanici Ordinum olim & hodiernum tractari soli-  
 tis, Dissertatio, quæ Commentarii vicem præstabit.

P. III. c. 1.

XIX. Sed transeundum, & de forma seu modo,  
 conficiendi placitum, exhibendique Cæsari, dispicien-  
 dum est, potissima fere Dissertationis nostræ parte.  
 Ubi certis articulis rem omnem comprehendemus.  
 Requiritur ergo I. ut super materia, ad deliberandum  
 proposita, in singulis Senatibus consultatio seorsim in-  
 stituatur, & Conclusum Collegij formetur, quod in quolibet  
 Senatu, per Directores, juxta majorem numerum voto-  
 rum, qui & ex rationis naturalis tenore, & publica Impe-  
 rii consuetudine, regulariter obtinet, fieri solet. Hoc per-  
 fectio II. ad Re- & Correlationes acceditur: ubi quidem,  
 quoad duo superiora Collegia, res satis expedita est; sed  
 quod Collegium Civitatum attinet, contentiosis dispu-  
 tationibus non destituimur; præten dit enim hoc, una  
 cum superioribus Collegiis, ad simultaneam, ut vo-  
 cant, Re- & Correlationem, admitti, verbis Instrumenti  
 Pacis potissimum nixum, quibus non minus quam cæteris  
 Statibus

Grot. de l.  
 B. P. II, 5,  
 17.  
 Limn. I. P.  
 IX, 1, 176.  
 seqq.  
 Praef.  
 Diss. de iur.  
 Maj. Part.  
 in Imper. G.  
 art. IIX.  
 5. 4.



Statibus Imperij votum decisivum competere iisdem, dicitur, unde effectu sui voti se frustrari existimant, nisi ita, ut reliqui Status, invicem admittantur. At restiterunt haecenus a ceteris Electores atque Principes, antiquum morem pro se allegantes, cui Instrumento Pacis nihil derogatum sit, neque propterea, quod ratione voti decisivi, quantum ad rem ipsam pertinet, reliquis Statibus exaequatae sint Civitates, etiam quoad modum exercendi id factum, dici posse, cum alias quoque hujus intuitu multa inter Status reperitur differentia, effectu voti sui sufficienter potiri Civitates, quod superiora Collegia, absque illorum consensu, conclusum Imperii formare non possint, & si voto suo dissentiant, ab utrisque, id non minus, quam reliquorum Statuum sententia, Placito inseratur, & ad Imperatorem referatur. Disceptata est haec controversia publicis scriptis, tam superioribus, quam hodiernis Comitibus, illorum acta, apud Londor-  
*pium, & Autorem der Grundveste* habentur; horum vero, *Hagemeyerus*, tractatui suo, de Comitibus Imperij Germanici, inseruit: haecenus tamen Civitates obtinere nil potuerunt; nam initio duo superiora Collegia sola Re- & Correlationem instituunt, & quando inter se convenerunt, vel conveniendi nulla spes superest, tum demum Civitates advocantur audiunturque. Ceterum *Arumaeus*, heic Electoribus praerogativam aliquam competere opinatus est, quasi Principes non primi accedere possint, sed expectare debeant, donec ad conferendum per Moguntinum vocentur. Qua in re tamen Principes fortassis non concesserint, maxime cum praxis Comitialis docere videatur, solere Collegium illud, quod prius in Senatu suo conclusum fecit, apud alterum

Cont. P. VII  
 l. 6. c. 139.  
 265. 306.  
 307.  
 P. II. c. 6.  
 p. 52. seqq.

de Com. c. 7  
 n. 151.

Sid. A. der  
 Grundv.  
 P. II. c. 8.



Comm. de  
Legat. Stat  
c. 17. n. 18.  
ap. Aut. der  
Grundv.  
P. III. c. 4.  
n. 23.

Tit. von Re-  
lationibus  
in Reichs-  
Räthen.  
P. II. c. 8.  
Lucern.

Imp. p. 34.  
seqq.

Lucern.  
Imp. p. 93.  
d. 1.

sciscitari, an ad referendum paratum sit, quod ex parte Collegii Electoralis, Secretarius Moguntinus, nomine Collegii Principum vero, Metatorum Imperii Praefectus (Reichs-Quartiermeister) subinde peragit. Nimirum in his quoque diversa animorum studia conspiciuntur, sicut ratione Philosophiae Ceremonialis heic observari solitæ, ejusmodi specimina *alibi* indicavimus, addi possunt, quæ superioribus Comitibus *monuerunt* Principes: die Re- und Correlation wäre regulariter in pleno, und entweder so bald nach geendigter Session, oder doch noch selbigen Tags/ mit den andern Collegiis fürzunehmen; wozu dann ein jedwedes sich vor der ins gemein angesagten stunde gefast zu halten/ damit keines vergeblich auf das anderewarten müsse. Porro singulorum Senatuum sententiæ per directores exponuntur, Electorum quidem per Moguntinum, Principum vero per Austriacum aut Salisburgensem, inter quos heic alternatio obtinet; Civitatum denique per Syndicum, illius urbis, in qua Comitibus habentur, cui plerunque Senator aliquis adjungitur: quibus autem Solennitatibus ac Ceremoniis ista omnia fiant, ex Comitiorum de scriptoribus, & nominatim *Autore* illo *Anonymo* des Berichts von Reichstagen/ repetendum est, breviter etiam *Autor* der Grundveste/ & *Sprengerus* consignarunt.

XX. Postquam ergo inter Status de communi Concluso conventum est, Ill. in *scripturam* solet redigi, cujus formulam concipit *Directorium Moguntinum*, sicut inter Moguntini prærogativas nominatim etiam jus hoc concipiendi placitum referunt *Sprengerus*, atque *Autor* ille *Anonymus* des Berichts von Reichstagen. IV. Conceptum in pleno *praeligitur*: ubi iterum inter *monita*



monita sua, quæ super defectibus Comitiorum emen-  
dandis, Comitiiis superioribus adornarunt Principes,  
retulerunt, *murationem* faciendam, nach geschlossener  
Re- und Correlation solle das Reichs-Directorium den  
Uffsatz des Reichs-Gutachtens ohnverzüglich fertigen/  
und nechsten Tages wieder in pleno ablesen/ damit es zum  
längsten binnen 3. oder 4. Tagen Cæsari per Deputatos  
fönnen insinuire werden. Circa prælectionem hanc no-  
tandum, plerunque etiam in singulis Senatibus eam fie-  
ri, in rebus tamen levioris momenti, aut ubi pericu-  
lum in mora versatur, aliquando contigisse, ut, ubi in  
Senatu Electorum seorsim Conceptum relationis ex-  
aminatum approbatumque erat, simul deinde Princi-  
pum & Civitatum Collegiis fuerit prælectum, consen-  
tientibus tamen ita, ob expeditionis celeritatem, Prin-  
cipibus, notavit *Anonymus Autor*, sæpe laudatus. Anne  
ergo inter Prærogativas Electorum perpetuo pertinet,  
ut prius in suo Senatu prælegatur, quam Collegiis reli-  
quis communicetur? in Comitiiis A. 1641. circa con-  
ceptum Recessus Imperii ita postularunt Electorales,  
sed contradixisse Senatuum Principum, *excerpta actorum*  
apud *Limnaeum* nos docent. Non tamen nuda ista præ-  
lectio sufficit, sed ut curatius examinari possit, an men-  
tem Collegiorum recte perceperit, atque ita expresserit,  
Moguntinum Directorium. V. formula ista *per dicta-*  
*turam* Statibus *formaliter communicatur*, notante *Hage-*  
*meiero*; ubi iterum in *monitis* suis supra memoratis,  
Principes volunt, ut *sine partium studio* fiat, eo ordine,  
quo res tractatæ fuerunt, & si restitet Moguntinus, pos-  
se Trevirenses dictaturam instituere. Quod si conce-  
ptum tale à Statibus comprobatum fuerit VI. in Can-

ap. A. der  
Grunds.  
P. III. c. 4.  
n. 25.

T. I. Add.  
IX, 1, 195.  
add. Man-  
rit. Diss. de  
R. l. S. 23.

de Comit.  
Imper. G.

p. 56.  
apud Aur.  
der Gr.

Best. P. III.  
c. 4. n. 28.  
segg.



cellaria Moguntina *in mundum* redigitur, & *signatur*, prout ex Autore illo Anonymo des *Verichs* discimus, & *jus hoc signandi* subscribendique decreta & alia documenta Imperii, in univ<sup>er</sup>sum, inter jura Moguntini præcipua, recensent *Scheda Boineburgiana* apud *Bæclerum*. Atque ita VII. Imperatori denique per selectos vel *deputatos* offertur, eum in finem, ut ejus quoque consensu accedente, ex tali placito Decretum Imperii efficiatur.

Not. Imp.  
L. VI. c. 5.  
n. 1.

P. II. c. 9.

de Comit.  
c. 7. n. 152.

de Comit.  
Imp. G. c. 8.

Sid. Spreng  
Lucern.  
Imp. p. 39.

XXI. Sed circa novissimum hunc articulum variæ disceptationes occurrunt. Sunt qui putant, olim moris fuisse, ut Imperatori Ordines, quando Conclusum formarunt, indicarint, atque ita Ipsum venisse in Senatum, & Status coràm proposuisse Ei sententiam suam, quorum opinionem, sequi videtur *Autor der Grundveste*: Sanè locus *Hincmari*, supra adductus, de seculo Carolingico id confirmat, sed pridem morem istum exolevisse, constat, & nominatim sub Friderico III. in desuetudinem abiisse, putat *Arumæus*. Quare hodie Status Imperatorem, quod & magis ex decoro videtur, accedunt, Moguntino prius audientiæ horam propterea petente, quâ Cæsari placitum isthoc possit exhiberi; quibus solennitatibus res tota peragatur, præter *Anonymum illum scriptorem*, quem etiam non nominatum in rebus hujus generis intelligimus, ex novissima praxi, consignavit *Hagemeierus*, neque enim heic ad omnes Philosophiæ Ceremonialis minutias usque descendere nostri instituti est. Cæterum si Cæsarea Majestas in Comitibus præsens sit, Eidem Ipsi Conclusum Ordinum offerri, satis certum est: Eâ absente, locum hunc obtinet Cæsareus *Commissarius Principalis*:  
utut



utut vero *in arbitrio Imperatoris sit, an unum vel plures velit in vicem suam mittere Commissarios*, quemadmodum recte pronuntiavit *Limneus*, & alias in reliquis Legatorum generibus summis Potestatibus ex naturali ratione liberum esse *alibi* demonstravimus, ita tamen, casu sic ferente, duo essent, de quibus forte dubitari posset. *Primum*, an, si plures titulo Commissariorum Principalem mittat Cæsar, singulorum nomina Placitis Ordinum inserenda sint, atque ita singulis ista placitorum oblatio fieri debeat? *alterum*, si ex istis aliquem certo tempore à Comitibus abesse, alioque proficisci, contingeret, an in placitis interea extradendis, etiam absentis ratio habenda, Ejusque mentio facienda sit? utrumque caput præsentia Comitibus per aliquot menses exercuit, intuitu, *Illustrissimi, Comitibus de W.* quem Statuum nonnulli, *Principalis Commissarij* (*Kayserlichen Mit-Principal Commissarii*) munere fungi non posse, existimabant; quod ad hunc characterem sustinendum Principis dignatio requiratur, vigore praxeos antiquæ, & observantiæ Imperialis, quæ hisce quoque Comitibus contra Comitem de Weissenvolff operose allegata fuerit, & quanquam post varias concertationes, ratione tituli, medium aliquod, sive temperamentum, ut vocant, repertum fuerat, ut nomine *Kayserl. Principal Mit-Repræsentant*, appellaretur, in cætera tamen tractatione, ceremoniarumque usu, difficultates multæ superfuerunt, præcipue vero etiam illæ, quod in formula Placitorum, aliquando exhibendorum, conjunctim cum Principe ac Episcopo Passaviensi, Eundem compellere detrectabant. Sed Cæsarea Majestas peculiari

*Rescripto*

*l. P. IX, 1,*  
118.

*Comm. de*  
*Leg. Stat.*  
*Imp. c. 2.*  
n. 16.



*Rescripto Commissionis*, die  $\frac{1}{4}$ . Novembris, anni superioris, per Dictaturam Statibus communicato, in alteram partem sententiam suam explicavit, **Daß Allerhöchst ernandt Ihre Kayserliche Mayestät / zwischen Dero allhier auff dem Reichs Tag höchst characterisirten Herrn Plenipotentiaris Ministris, weder hiebevornoch anjeko einigen Unterschied machen / leiden / noch zugeben können / ut verba sonant, voluitque, deinceps pari ratione habendos, daß es billich bey dem gewöhnlichen stylo sein ohnveränderliches Verbleiben haben müsse.** Quod alteram quæstionem attinet, vidimus exemplum *Episcopi Eystetensis*, qui domi etiam in Episcopatu suo residens, Principalis Commissarii Characterem retinuit, Commissionis decreta suo nomine emisit, Ordinumque placita, licet absens, accepit. At & in hoc, cum nuper *Illustrissimus Comes de W.* abesset, à Nonnullis in negativam pronuntiatum est, cujus quidem fundamentum, si in eo quaritur, quod in Aula Cæsarea, adeoque in domo Heri sui, interea ille fuerit, omnino Juris rationem habet, siquidem Character repræsentativus legato, non nisi apud exteros versanti, competit, atque ipsa S. Cæsarea Majestas, antea memorato Commissionis Rescripto, hanc limitationem agnovit, quod, si repræsentans apud repræsentatum, & in Aula Ejus commoretur, character in Comitibus Imperii repræsentativus cessare debeat; ita enim loquitur: **Daß auff reiffliche der Sachen Überlegung /**  
dis



disfalls eine merckliche differenz, zwischen des  
 Herrn Bischoffs zu Anstatt Hochfürstl. Gnaden  
 mildseligst/ und des Herrn Grafen von Win-  
 dischgrätz Excell<sup>ce</sup> Abwesenheit sich darinn her-  
 vorgethan/ daß weiland Ihre Hochfürstl. Gn.  
 bey Ihrer Abreis in dem Hochstift Anstett/  
 Dero obhabenden Kayserlichen characterem  
 unveränderlich mit sich geführt/ hingegen aber  
 bey des Herrn Grafen Excell<sup>ce</sup>, in dem Sie bey  
 Ihro Kayserlichen Mayestät/ als Dero aller-  
 gnädigsten Herrn Repräsentato, & supremo  
 Committente selbst gewesen/ fast scheinen  
 wolte/ daß in wärender solcher Zeit/ Dero selben  
 character repräsentativus, bis zu wieder er-  
 folgter Abreis von der Kayserlichen Hoffstatt/  
 in suspenso blieben sey. Sed quid dicendum, si  
 ejusmodi Commissarius, non ad aulam Cæsaris, sed alio  
 locorum commigraverit, sicut in præsentis exemplo fa-  
 cile accidere posset, ubi Illustrissimus Comes, simul  
*Ambassadoris Extraordinarij* caractere, in respectu ad  
*negotia extranea*, tam in Comitibus, quam alibi in Impe-  
 rio occurrentia, ornatus est: quia hic casus disertis ver-  
 bis definitus non est, publico scripto iudicium no-  
 strum privatum committere supersedemus, quæsi ta-  
 men, quid nobis videatur, coram respondebimus.

XXII. Cæterum Cæsari, vel Commissario Ejus,  
 Placitum tale, per Deputatos solet exhiberi, id quod *De-*  
*putationem Nuntiatura* appellari, Sprengerus observat. *Lucern. l. 100.*

E

Sunt

*per. p. 37.*



*Sid. Limna.*  
*IX, 1, 168.*

*Lucern. d. l.*

*art. V. §. 18.*

*T. I. Add.*

*IX, 1, 168.*

*Sid. Spei-*

*del. Soc.*

*Deputatio.*

Sunt autem illi ex singulis Statuum Collegiis selecti, ex Electorali quidem, Moguntinus, & Palatinus olim, post translationem Electoratus vero, Bavaricus, tanquam primi inter Ecclesiasticos & Seculares: ex Senatu Principum, Directorium, Austriacum vel Salisburgense, cui ex scamno Ecclesiastico, plerunque ex Principum & Prælatorum ordine unus adjungitur: ex scamno seculari, Bavaricus, addito præterea alio Principe atque Comite: ex Collegio Civitatum, duæ, ex scamno Rheno una, & altera ex Suevico: sed nec hîc gravissimæ inter Ordines controversiæ desunt, primum enim dubitatum, an jure aliquo perpetuo atque præcipuo hoc istis competat, ut semper atque soli ita pro *Deputatis Ordinariis* habendi sint? quanquam enim sine hæsitatione ita pronuntiet, *Sprengerus*; vidimus tamen Principes, præsertim Protestantes, contradixisse, tum quod nominati plerique Catholici sint, tum quod Bavarica domus bis ita concurrat, & quoniam *Instrumento Pacis* disertè cautum legatur, quod, *si in Comitibus universalibus sive ex uno, sive duobus aut tribus Imperij Collegiis, quacung, occasione, aut ad quacung, negotia, Deputandi veniant, deputatorum numerus ex utriusq, Religionis Proceribus, æquari debeat*, paritatem istam maximè urgebant. Illi. Sed & inter *Salisburgensem, & Bavaricum* jam in Comitibus A. 1641, propterea lites excitatæ sunt, dum Ille, ejusmodi deputationibus, tanquam Ordinis Archi-Episcopalis membrum, semper interesse cupiebat, etiam eo casu, quo penes Austriacum jus dirigendi esset, hic vero, acrius resistebat, ad discrimina Deputationum provocans, quemadmodum *excerpta actorum*, apud *Limnaum*, demonstrant. Interim superioribus Comitibus, juxta teno-



tenorem Instrumenti Pacis, ut res conficeretur, allaborare ceperunt, successu tamen non plane felici, is enim eventus fuit, ut postquam *in hac deputatione extraordinaria, certi in Imperio Ordines jus perpetuum usurparunt, reliqui illis ambulatorio Ordine adjungerentur, pro obtinenda Religionis paritate, quæ Autoris ominosa rerum seriei verba sunt*: atque in eam rem in *Senatu Principum Sessione tertia, Conclusum* adornabatur, ut pro Ordinariis deputatis deinceps habeantur, ex *scamno Ecclesiastico, Austriacus atq; Salisburgensis, ex seculari; Bavaricus & Palatinus, relicta libertate Ecclesiasticis, unum vel etiam duos, ubi Bambergensis & Constantiensis nominabantur, adjungendi, id quod & Augustanae Confessionis Principibus integrum sit, ut ex suo quoq; ordine, pari numero Status, apud Directorium nominandos, adderent, atque his deinde ex Prelatorum & Comitum classe aliqui conjungerentur.* Sed quoniam nec inter Principes ipsos propterea conveniri specialius poterat, inter Comites quoque ob hanc causam disceptationes nascerentur, dum Wetteravici sibi solis, ut Deputationibus hisce adessent, jure Ordinario, competere existimarunt, Franconicis exclusis, hi vero alternationem prætenderent, ac denique Westphalici, in consortium cuperent admitti, utrisque illis repugnantibus, quemadmodum ex variis Illorum *scriptis*, tam superioribus, quam hisce Comitibus, propterea exhibitis, constat, quorum seriem *Sprengerus*, atq; *Fritschius*, exhibent, factum est sæpius præcavendis litibus, ut solum *Directorium Moguntinum* ejusmodi placita Cæsareæ Commissioni exhibuerit, quemadmodum ejusdem *Sprengeri*, atque *Autoris der Grundveste* indicio discimus.

*Relat. III.  
n. 46.*

*ap. A, der  
Grundv.  
p. II. c. 9.*

*Elychn.*

*Imp. p. 16.*

*n. 2.*

*Add. ad*

*Limn. IX,*

*1, 168.*

*Lucern.*

*Imp. p. 39.*

*d. P. II. c. 9.*

XXIII. Fortassis deinceps quoque hoc temperamento opus erit, ex quo novissimè etiam inter Prote-



stantes heic controversiæ exurgere videntur. Ut ut enim superioribus annis domus Palatina, ratione Principatus Lauterensis, obtinuit, ut certis casibus, inter quos etiam insinuatio Placitorum comprehendebatur, pro Ordinario Deputato haberetur, nuper tamen, quia votum Lauterense, jure Successionis Princeps Catholicus acquisivit, existimarunt Protestantium plurimi, Lauterensem inter Deputatos Evangelicos computari amplius vix posse, quanquam Episcopi W. Legatus crediderat, Religionem Principis Imperantis fortassis non obstare, quando ipse Principatus non minus, quam Legatus Palatinus, qui nunc est, Protestantium Religioni sit additus, saltem ut haecenus in Ordine Deputatorum Evangelicorum nihil immutaretur. Interea hoc constat, Brandenburgicum Electorem, multis rationibus adductis, petiisse, ut in locum Lauterensis, quantum ad jus hoc deputationis, Magdeburgensis Ducatus surrogaretur: & quoniam Rex Sueciæ, ratione Ducatus Bremensis, ac Principes Luneburgici, pro se idem quæsi verunt, forte nec alii, ex familiis Principalibus cæteris, competitores deerunt, exitum rei tempus aperiet.

XXIV. Sive autem cum aliis Deputatis, sive solus, tale placitum exhibeat, Director Moguntinus, ipso interprete, habito condecienti sermone, oblatio fieri solet. Cui Cæsarea quidem Majestas Ipsa per Pro-Cancellarium Imperii, (*Reichs-Vice-Canzler*) plerunque respondet, resolutionemque suam, super Ordinum placito brevi significandam, promittit. Moris vero est, ut Resolutio ista Cæsarea scriptis inseratur, & Directorio Moguntino transmittatur, à quo Statibus per dictaturam communicari solet: aliquando Directorio Moguntino solum significatur, illo nimirum casu, quo præter Moguntinum

*Sid. Spreng.  
Lucern.  
p. 39.*



tinum alii quoque ex Ordinibus Deputati, placitorum insinuationi interfuerunt, Cæsaream Majestatem paratam esse, si Deputati resolutionem, ad Statuum Collegia perferendam, accipere velint. Quæ quidem si cum placito Ordinum consentiat, res confecta est. Sin ab eo discrepet, ulteriori collationi locus fit, eo modo, quo inter Status ipsos, donec in unum conveniatur, vel re infecta discedatur.

v.

*De impedimentis Placitorum.*

*Et abusibus subinde occurrentibus. Placita hæc quomodo ad rationes Reipublicæ se habeant.*

XXV. Communis fere de rebus Germanicis querela est, si ad instituta atque leges Gentis quis attendat, in singulis omnino partibus accurate omnia esse adornata, ut nihil aut parum desit, unde publica commoda promoveri possint, id solum dolendum, quod bene constituta, non pari dexteritate in executionem veniant. De placitis Ordinum, eorumque conficiendi modo, si quis speciatim judicium simile ferret, fortassis non multum à vero aberraret. Nam & hic subinde de *abusibus* queri, & Cæsarem & Ordines, videas, quibus Comititalia isthæc negotia impediuntur. Quare de his quoque ad contextum disciplinæ præsentis, aliqua subjungenda sunt, præmissa tamen solenni protestatione, in neminis præjudicium explicari debere, quæ heic consilio prorsus innoxio, & vel sola muneris necessitate, quæ integram argumentorum propositorum tractationem exigit, excusando, traduntur: neque enim aliud facimus, quam quæ





publice jam passim dicta occurrunt, ad suas classes, sub certa artis formula, revocamus.

XXVI. Videntur autem impedimenta illa, quæ placitis nostris subinde obstant, ad duo summa genera posse referri, quorum unum in *Status communiter*, vel hos potius, qui vicem eorum in Comitibus sustinent; alterum in aliquos tantummodo, & nominatim *Directoria* redundat. Quæ prioris indolis sunt, una forte *tarditatis Consultationum* indicio explicare licet. non loquor de tarditate illâ, quæ ex *natura rei*, multitudine nimirum & granditate negotiorum subnascentium contingit, sed quæ *vitiis hominum* suam debet originem. Fuerunt sane, qui in universum de Comitiorum præsentium diuturnitate minus benigne judicarunt, anteriorum Comitiorum, quæ citius finiebantur, exempla objiciendo: Sed imperitorum ea sunt judicia, quæ præclare satis confutavit, & adductis negotiorum rationibus, istam Comitiorum tarditatem, vindicavit, *Autor ominosæ rerum series*; is tamen ipse est, qui denique *Consultationum tarditatem in Legatos & Directores* conjicere non dubitavit. Videtur autem ex triplici fonte oriri isthæc tarditas: *primum enim* nescio annon ex indole gentis veniat aliquod *procrastinandi studium*, saltim Germanis id objectari, negare

Relat. II.  
n. 14.

Germ. XI, 4.

vix possumus, nam & suo jam ævo *Tacitus* commemoravit, *illud ex libertate vitium esse, quod non simul, nec jussi conveniant, sed & alter & tertius dies cunctatione coeuntium absumatur*: accedunt tamen ad naturalem istam proclivitatem rationes quædam, ab *utilitate* desumptæ, quæ procrastinationem suadent, qualium antea nominatus *Autor Relationum Anonymus*, speciatim aliquas allegare non desit: ne vero hoc ipsum in gravius Reipublicæ detrimentum evalescat, solet subinde Cæsarea Majestas per

Decreta



*Decreta Commissionis*, ad Status edita, *maturationem Consultationum* urgere, id quod superioribus non minus, quam hisce Comitibus, aliquoties factum esse, præter *Anonymi illius relationem*, vel exempla, quæ *Londorpius* consignavit, demonstrant.

Cont. P. VII.  
L. VI. c. 206.  
261. 442.  
445.

XXVII. Solet *deinde* & hoc tarditatem placitis conciliare, quod *res alienæ* subinde, & de quibus in propositione nihil continebatur, votis *immisceantur*, quibus illa, quæ in Consultationem proprie veniunt, & de quibus placitum commune formandum est, vel confunduntur, vel etiam differuntur. Agnoverunt hoc Status illi, qui superioribus Comitibus, *monita, super defectibus Comitiorum emendandis*, conceperunt, unde, præcavendo in posterum huic impedimento, peculiarem articulum formarunt, daß die vota, auff die proposition præcisè gerichtet/ und keine digressiones gemacht/ sondern da man darüber noch etwas zu erinnern/ solches zu letzt angehenget werden: im übrigen man sich im votiren der kürze befleißigen/ auch so man mit einem vorstimmenden einig/ sich bloß auff dessen votum beziehen soll. Sed & præsentibus Comitibus Cæsarea Majestas, per *Decretum Commissionis*, huic malo obviam ivit, monuitque Status, eorumque Legatos, dem gewöhnlichen stylo Imperii zu inhæriren/ und mithin von allen ad materias propositas nicht gehörigen sachen gänzlich zu abstrahiren/ und ihre suffragia allein auff dasjenige/ was in die proposition kommen wird/ um so mehr und lieber abzulegen/ damit die sonst besorgende confusiones, verhütet/ und die consultationes mit guter Ordnung befördert werden mögen.

ap. A. de  
Grundb.  
P. III. c. 4.  
n. 9. 10.  
add. Spreng  
Luc. p. 72.

d. 16. No-  
vembr.  
1671.

ap. Fritsch.  
ad Limn.  
Tom.  
Add. IX, 1,  
153.

XXIX. Sed inter potissimas cunctationis hujus causas non immerito referuntur *denique*, perpetuæ illæ *concertationes Ceremoniales*, quibus in Comitibus tantum non  
semper



Lucern.  
p.72.  
de Legat.  
c.7. §.6.

d.14. (24.)  
NoVemb.  
1685.

d.9. NoV.  
1685.

semper locus conceditur. Non defuerunt sane pridem cordatiores, qui exemplo publice noxio factum arbitrabantur, quod ejusmodi Ceremoniæ in Conventibus Germaniæ receptæ sint, quique, ut eadem iterum abrogentur, suadere instituerunt, quos inter *Sprengerum* nominare possumus. Sed & gravissime in eandem sententiam declamavit *Besoldus*, in vectus propterea justo acerbius in Aulicos, ceremonialē Philosophiam sectantes. Verum privata ista consilia sunt, quæ intra nudos conatus substiterunt. Fortassis remedium eo quærendum esset, ut publica autoritate omnis ista Ceremoniarum ratio definiretur, & ad certam indubitataque formulam redigeretur, ne tantis protelationibus occasionem præberet, verum enim esse quod diximus, & placita Ordinum hinc impediri, vel novissimum præsentium Comitiorum exemplum docet, quo placiti in *Causa Holsatica* facti, exhibitionem, propter lites hujus generis, quæ Statibus quibusdam, cum Cæsareæ Commissionis parte intercedebant, per aliquot menses suspensam vidimus, ut & Cæsarea Majestas autoritatem suam interponere mota fuerit. Memorabile est *Rescriptum Commissionis*, per dictaturam nuper Statibus insinuatam, quibusdamna harum Concertationum Ceremonialium repræsentantur, utque deinceps ab illis desistant, ordines momentur. Coniungi debent *literæ Cæsareæ* super eodem argumento ad Electorales Legatos seorsim scriptæ.

XXIX. Impedimenta ex parte *Directoriorum*, vel *communis* sunt omnibus: vel ad solum *Directorium Imperij*, excellenter sic dictum, pertinent. Ad priora referunt I. *difficultatem, Conclusa*, quæ legitime sunt facta, *expediendi*, ubi forte majora vota contra suam sententiam exciderunt. Superioribus Comitibus, consultatione super



per modo tractandæ Capitulationis habita, quomodo  
 in Senatu Principum cum Directorio propterea disce-  
 ptatum sit, prolixè recensuit *Autor der Grundv.* II. affe-  
 ctatam *Ordinationem*, aut executionem, quasi *ex præsuppo-  
 sito Concluso*, eorum, quæ antea Statibus non fuere aper-  
 ta. III. *Licentiam Concluso inserendi particularia unius aut  
 alterius monita*, à cæteris in votando præterita, cum po-  
 tius peculiariter antea Ordinum suffragia desuper ex-  
 quirenda sint. IV. *imperfectam relationem*, in causis, ubi  
*Catholici & Evangelici Status*, velut *in duas partes* sece-  
 dunt, teneri enim, dicunt, Directorium, absque ulterio-  
 ri interrogatione, simpliciter utriusque partis senten-  
 tiam, cum clausula solita, communi Concluso inserere:  
 & de hisce quidem singulis articulis, *monita* super emen-  
 dandis Comitiorum defectibus adornata, quorum a li-  
 quoties mentionem fecimus, disertè loquuntur.

d. 13. (23.)  
 Jan. 1654.  
 P. II. c. 2.  
 p. 122. seqq.

XXX. Quantum ad posteriora, quomodo præsentibus  
 Comitibus Principum Legati, in querelas, de abusibus &  
 nimia Directoris Moguntini libertate, inciderint, speciatim  
*Autor Anonymus Relationum Comitiorum*, quem *Baltasarem  
 Venatorem* esse existimo, retulit, neq; enim ad singu-  
 la jam decurrere licet. Iterum vero repetimus, nos *retu-  
 lisse*, quid Ordines Ipsi inter impedimenta & abusus heic  
 computarint, nostri enim privati iudicii ea res non est.

XXXI. Unicum superest, ut de placitis nostris, qua  
 ratione ad utilitates Reipublicæ icse habeant, paucis  
 dispiciamus. Sane *Julius Pflugius*, Episcopus quondam  
 Naumburgensis, nobili, de *Ordinanda Republica Germa-  
 niæ, Oratione*, jam superioris seculi medio, inter causas  
 collapsi Imperii refert, quod, quibus Principibus populisq;  
*Germania imperare oportebat Casarem*, eorum ipse nutum in-  
 zueri cogatur, cum præsertim ei non amplius liceat pecuniam

ap. Goldast  
 Polit. Imp.  
 part. XV.  
 p. 665.

F

atque



atq; militem, sine quibus nihil rerum magnarum bene geri potest, populis Germania imperare, nisi Principum atq; Ordinum consensus publicus accedat, & in sequentibus, alterutrum horum evenire, existimat, ut vel Imperatori major, & pristina sua potestas adjungatur, vel Respublica Germanica intestinis motibus & exterarum Gentium armis confecta ipsa pereat: legi meretur totus Orationis ille contextus, in hanc sententiam adornatus, unde, non expedire Reipublicæ tantum jus placitorum, ut Imperatori soli nil liceat, colligere quis posset. Sed, uti Oratoris instituto, locutionis formulæ, eo præsertim tempore prolata, quo Status Reipublicæ fluctuasse apparebat, condonari debent, vel etiam ad commodum sensum facile trahi possunt: ita magna alias differentia est, de Statu Reipublicæ adhuc constituendo, consilium dare, & Status jam constituti rationes, ad utilitatis publicæ regulam, judicio politico, exigere. Nobis ita videtur, omnino consultum & utile esse Germaniæ, auctoritatem Imperatoris cum Ordinum potestate hoc modo temperari, id quod non tantum ex genio populi, qui, ut cum Tacito loquar, *nec totam servitutem pati potest, nec totam libertatem*, satis elucescit, sed & complurium seculorum experientia atque usu comprobatum est, quibus utique constat, perpetuis bellis Civilibus agitados fuisse Imperatores, qui plenam Monarchiam vel habebant, vel jus Imperatorium nimium rigide, exercuerant; nec prius sedari, vel in quiete conservari potuisse Rempublicam, quam in partem Curarum, ac consortium denique Imperii, Ordines adsciscerentur. Modo ergo *abusus* absint, nec una pars alterius jura inolet, sed intra terminos quæque suos, legibus, super publico Statu tam solenniter latis, definitos, se contineat, satis tutam habebimus Rempublicam. Si secius aliquando contigit non *formæ* Reipublicæ, sed *hominum vitio* factum est, & quoniam in Civilibus nihil est, quod omni ex parte incommodis careat, semper in memoriam revocare debemus illud Taciti, *Vitia erunt donec homines: neq; hac continua, & meliorum interventu pensantur.*

1. Hist. 16, 8.

17. Hist. 74.

4.



107



*B. A. II, 125.*  
*L. 20, 14.*

PLACI

*Re*

*In Alma Stud*

JO. GEO

Instit. In

SOL

GEORGIU

Literis JO

UM

*oratenis*

JC.

id.

FRID,

R.

II R  
1788

